ARCHIVIO STORICO COMUNALE
GUALDO TADINO

5

ARCHIVIO PREUNITARIO

Pergamene del Secolo XVI°

Shul

In nomine dñi Amen. Hec est Copia sive exemplum Quarundam lraz aplicaz in carta membrana scriptaz Cu Sigillo pendente more romane curie non rasaz non cancellatz nec in aliq eaz parte suspectaz: sed omni prorsus vitio et suspitione Carentiu Repertaz in archivio publico cois Gualdi. Copiataz et exemplataz p me herculem Gabrielis de gualdo notariu publicu dicte terre. et ad presens vice Cancellariu dicti Cois Ad instantia et petitionez hoium et universitatis Castri Crucidy comitatus dicte terre Gualdi: quaz qdem lraz aplicaz tenor et continentia de verbo ad verbu talis est vz

Raphael electus albanen miseratione divina Sti Georgy ad velum aureu Sancte Ro ne ecclie Cardinalis: Dni nri pape Camerarius Dilectis nobis in xpo universitati hominibs et Comuni terre Gualdi nostre dioc Salutem in dño: et dium adgrata paratu. Cum vos sicut Smo Dño nro p Oratores vestros exponi fecistis ac supplicastis: privilegia inprimis indulta Inmunitates gras decreta exemptiones statuta et reformationes qualstuqz vras etia illas et illaz Qz mulieres dotate non succedant stantiby masculis. Secundo liberi qz ob ipotentiaz vestraz ac dapna incomoda Anonegz caritatez in pxime

decursis annis passi estis: vobis remicti, et
donari qz subsidium quatuor annorum proxime
preteritorum per vos et Comunitatem istam debitu Camere
apostolice. Computato presenti anno. Quod ad summam
ducatorum ducentorum auri in auro ascendere dicitis
Tertio quidem. Cum sitis positi in loco quoadmodo
sterili, exeo qz exterris, quas coniter in districtu terre
istius colitis, et seritis, frumentu pro usu vestro re
colligere Computatis annis non valeatis. licentia au
ctoritatem et potestatem in locis sancte Romane
ecclesie mediate et immediate subiectis, preterim
vicinis, vobis qz magis comodis propinquis s
vestris emendi pro usu ipso vestro, extrahendi: et
ad terram ipsam vestram adducendi: quibuscumqz pro
hibitionibus etia locorum super frumento pro tempore
factis seu faciendis non obstantibus: vobis concedi:
Quarto item quod reliquum est vobis concedi
licentia et auctoritatem exigendi indifferenter ab
hominibus quibuscumqz terre istius privilegiatis et
exemptis prophanis tamen et secularibus personis quas
cumqz datias et collectas exfacto publico per vos im
positas et imponendas generaliter in terra ista eiusqz di
strictu prout opportuno consilio vestro desuper celebrato
seu celebrando. et maiori parti Consiliariorum inibi
probono publico videbitur ac placebit. Nos
vero hijs mature discussis et debita meditatione
pensatis: Attento qz peculiares filij Sancte matris
ecclesie. sedisqz apostolice semper fuistis, estisqz de presenti.
Vobiscum respective ac benigne agentes.

alijs que bonis respectibus et causis animum nostrum
moventibus: de mandato S.mi D.ni nostri pp. vive
vocis oraculo super hoc nobis facto: Ac auctoritate
nostri Camerariatus officij vobis et vestrum civi
bus ac Comunitati isti: In primis quidem indulta
privilegia Immunitates, gratias, exemptiones, sta
tuta, decreta et reformationes quascumque per sum
mos pontifices seu superiores, legatos, Gubernato
res et locumtenentes pro tempore vobis concessa
et concessas: Quatenus illa et ille sint in usu: et non
contra libertatem ecclesiasticam tendant. Et ulteri
us ~~statutum~~ seu reformationem ipsorum vestram scilicet
quod stantibus masculis mulieres dotate non subcedat
& etiam pro conservatione domorum et filiorum ipsorum
masculorum Confirmamus, approbamus et presentis
scripti patrocinio Communimus. Secundo de
ducatis ducentis auri in auro per vos debitis ex certo
subsidio quatuor annorum predictorum Camere apostolice
medietatem tantum hoc est ducatos centum similes
remittimus, donamus, et de benignitate et dono speciali
facti S.mi D.ni nostri pp., Sedisque apostolice vobis et
Comunitati isti vestre elargimur: Itaque solum additos
centum restantes pro medietate solvendos cogi possitis
& non ulterius dicta de causa molestari. Tertio
pro usu predicto vestro tractam et licentiam proprerum
vestris locis predictis quacumque prohibitione, et aliis contrariis
non obstantibus emendi, et extrahendi frumentum, solutis
tamen consuetis iuribus Camere apostolice. quod frumentum

2v

Computatis annis singulis ad summam trecentarum
salmarum pro quolibet anno ascendere et maiorem
non minus creditis: Vobis perpetuo concedimus et
indulgemus. Quarto quod reliquum est et ultimum
Vobis et Civitati isti ius auctoritatem et potestatem
concedimus, pariter et indulgemus exigendi a quibus
cumque personis terre istius secularibus quolibet privile
giatis, preterque a iure, omnes et singulas collectas
& datias per vos et Communitatem istam in vestris op
portunis consiliis ex facto publico pro necessitatibus
vestris ad statum tum & honorem sancte matris ec
clesie impositas et deinceps imponendas, pro qualitate,
rata & gradu personarum. Et ita confirmamus, re
mittimus, concedimus, donamus, & indulgemus
ut supra per nos petitionibus & postulationibus pre
scriptis vestris respective prescriptum et responsum
extitit. Mandantes propterea Domino et camere pro
dictis Gubernatoribus, locumtenentibus, presidentibus, the
saurariis, barisellis, potestati, ceterisque officialibus
sancte Romane ecclesie nunc et pro tempore existentibus
quolibet nuncupatis & aliis ad quos spectat, contentus pre
dicta efficaciter observent. Non permittentes aliquid
contra ea attemptari pro quanto gratiam et benedictionem
prefati Sanctissimi D. N. pp. caram habent: penamque nostri arbi
trii studiose cupiunt evitare. Irritum quoque et inanem de
cernentes si secus fiat. In quorum fidem presentes fieri fe
cimus nostri consueti Sigilli appensione munitas. Datum
Rome in camera apostolica Die XXviij February M.D
iiij pontificatus Sanctissimi in xpo patris et domini nostri domini Julij divina
providentia pape secundi. Anno primo

R. electus Alban
Carlis. S. Georgij Camer.

P. de Sto Severino

Et ego herculis Gabrielis degualdo nunc dictor
publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordina
rius et ad presens vicecancellarius dicti communis
supradictum transumptum prout et sicut in suo proprio
originali litteris apostolicis predictis inveni fideliter
de verbo ad verbum copiavi exemplavi et transumptavi
nil addens vel minuens propter quod substantia ipsius va
riari posset nisi forte punctum vel sillabam
per errorem Et facta primo diligenti auscultatione
tione cum dicto suo proprio originali per infra
scriptos notarios videlicet ser Berardinum petri et
ser persanctem ser andree notarios publicos
dicte terre electos ad predicta et infrascripta per
Magnificos Confalonerium et priores Communis et populi
terre Gualdi una mecum herculis notario supra
et infrascripto Coram Magnifico viro et eximio
utriusque doctore domino Antonio possenti de fabriano
honorando pretore dicte terre gualdi sedente pro tri
bunali ad eius solitum banchum iuris ad ius red
dendum postulantibus ut moris est: quod banchum
positum est in cancellaria dicti communis sito in dicta terra
in porta sancti martini iuxta plateam communis: domum magistri
pauli magistri lodovici et alia latera Sub annis domini
nostri yhesu xpisti millesimo iiii^c v. Indictione viii: tempore
Sanctissimi in xpisto patris et domini nostri domini Julii divina pro
videntia pape secundi et die 5a may: presentibus ibi
dem magistro francisco porriani et domino francisco sca
turgi de gualdo predicto testibus ad premissa et infra
scripta vocatis habitis et rogatis: Et quia concordare
inveni cum dicto suo proprio originali litteris apostolicis
predictis de verbo ad verbum Ideo ad fidem me

subscripsi et publicavi signumque meum apposui consuetum

Qui dominus potestas et supra pro tribunali sedens visa auscultatione facta de dicto transumpto cum dicto suo proprio originali per supra et infrascriptos notarios et supra electos: et concordantione ipsius: omnibus et singulis supradictis et huic actui legitimo sua et dicti communis gualdi auctoritatem interposuit pariter et decretum. et mandavit publicari et autenticari per dictos notarios et supra electos in forma valida et autentica omni meliori modo via iure causa et forma quibus magis et melius de iure et secundum formam statutorum dicte terre fieri potest et debet.



Signum mei herculis notarii predicti

Et ego Bernardinus piri de bernardinis de gualdo publicus imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius supradictis auscultationi concordationi et decreti interpositioni et aliis omnibus et singulis ut supra continetur una cum suprascriptis ser herculis gabrielli et [illegible] ser [illegible] ser Andrea notariis publicis dicte terre presens fui et [illegible] quia concordant in omnibus cum dicto suo originali facto hic manu [illegible] propria scripsi et publicavi et signum meum apposui consuetum



Signum mei bernardini notarii memorati

Ego Pasinactius quondam ser Andree de Bernardinis de Gualdo ... imperiali auctoritate notarius et iudex ordinarius suprascriptum auscultavi concordavi ac de omni ... et collationavi ut supra ... cum suprascriptis ser ... Gabrielis et ... Bernardino ... notario publico dicto ... et quia concordare inveni cum dicto suo proprio originali ideo hic me subscripsi et publicavi et signum meum apposui consuetum etc.



Signum mei Pas... notarii ...

4v

Confalonerius et
Priores populi Terre Gualdi

Quoniam de legalitate notariorum infrascriptorum ab absentia a nonnullis dubitatur: Idcirco tenore presentium fidem facimus indubiam qualiter Spectabiles viri ser Herchules Gabuccius notarius Terre nostre: et ser Bernardinus Pierii et ser [illegible] Grandutii cives Terre nostre [illegible] per plures et plures annos fuerunt veri et legitimi notarii et dictam artem notariatus per plures et plures annos annos intra nostram Terram Gualdi exercuerunt dictam artem notarie et in matricula seu consortio aliorum notariorum descripti sunt: et ser Herculis rogatus de presenti testificatur et verbo ad verbum per me Camerarium [illegible]: et dicti ser Bernardinus Pierii et ser [illegible] per tres et Andreas subrogati [illegible] cum dicto ser Herculi: fuerunt et sunt veri legitimi et legales notarii: quorumque scripturis processibus et publicis et privatis ab omnibus plena et indubitata fides semper ab omnibus adhibita fuit et nunc adhibetur tamquam publicis veris legitimis et legalibus notariis. In quorum fidem has presentes fieri nostri sigilli maioris munitas et per nostrum cancellarium subscribi fecimus. Datum Gualdi in palatio nostre solite residentie die xi maij MDV.



Julius Cam(erarius) ss

28 febbraio
1504